



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de
monte Carmelo**

Trithemius, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1643

Rvtgeri Venrai Sicambri, Regvlaris In Heyna, Carmen in libros Domini
Iohannis Trithenij Abbatis, De Ortv Et Progressc, Sive De Levdivs Ordinis
Carmelitarvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

RVTGERI VENRAI SICAMBRI,
REGVLARIS IN HEYNA, CARMEN
in libros Domini Iohannis
Trithemij Abbatis,

DE ORTV ET PROGRESSV,
SIVE

DE LAVDIBVS ORDINIS CARMELITARVM.

Collaudare Deos veteres sũuere poëta
Versibus, & resona personitante lyra.
Sed quid non reprobum, non vanum, non sceleratum.
Solliciti ingenijs composuere suis?
Vole libros lector, & magna volumina vatum
Priscorum, inuenies friuola multa cani.
Perspice Virgilium, bellare deas animosas
Iunonem & Venerem sæpè videbis ibi.
Multa liber ficta recinit praeclarus Homeri
Syncerum nihil est, nil graue, nilque piũ.
Egregius Plautus, nec non Terentius acris
Lusibus incestis dedecorosa probant.
Pamphilus obticeat, concedat Maximianus,
Cesset & imparibus ludere Naso metria:
Hi residem incendunt ignem modulatibus acris,
Nec iuuenes castis moribus esse sinunt.
Trithemius noster non ludicra vana sequutus
Nititur egregia tollere laude viros.
Non quoscunque viros, sed claros moribus almis,
Artibus & varijs, & probitate graui.
Et merito doctos CONFRATRES virginis alma
Qui vita & meritis promicuere suis.
Eximiam laudem pro RELIGIONE vetusta
Pra cunctis fati promeruere patres.
Moribus antiquis modo clara scientia semet
Miscuit, & bellum cum probitate gerit.

Non

Non quod eam superet, mage sed superatur ab illa,
Qua fuit antiqua non violata manet.
Namque videre datur nonnullos Ordinis huius
Non minus arte scios, quam bonitate probos.
Ista videns Dominus Trithemius inclitus Abbas
Binos insignes edidit ecce libros.
Eximios patres, & laudes ORDINIS almi,
Et mores priscos attigit atque novos.
Carmelita tuo iam nunc gratare poetâ,
E tenebris etenim te radiare facit.

Eiusdem Carmen Sapphicum.

ECCE CARMELVS quibus attulisse
Nomen, & mater Domini probatur
Hoc libro laudes capiunt vetusti
Religiosi.

Quem vir insignis Spanheimensis Abbas
Edidit pulchro calamo Iohannes
Literas callens, Latias, Hebraas.

Atque Pelasgat.

Moribus claros, probitate pulchros
Luce doctrina rutilos coruscâ
Ordinis fratres probat & magistros

Rite sacrati.

Laudibus FRATRES ideo MARIÆ
Comprobat magnis venerandus Abbas,
Quatenus prisci memores decoris

Turpia vitent.

Parcius semper magis arguendos
Esse decrevit fragiles, modestos,
Fortius iusto fore comprobandos

Teste libello.

Huius in grates faciles futuros
Ordinis Patres reputo sacrati
E suis nigro tenebrisque cecis

Iam radiantes.

* *
* *